

✠

BULLAS

DE ERECCION,

DEL REAL HOSPITAL

DE LA CORTE,

DE EL SEÑOR CLEMENTE VII. Y LAS
Confirmatorias en forma específica del
señor Pío IV.



LEMENS Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam illius, qui pro Domini saluatione gregis in Ara Crucis in prætium immolari non abhorruit, quique intra alia sibi beneplacita opera Charitatis exoneri præcepit, vices licet immerito gerentes in terris curis vrgemur assiduis, & continua meditatione pulsamur, ut circa quæcumque pia opera ex pia Catholicorum Regum devotione pro infirmorum subventione ordinata, ut perpetuis futuris temporibus permaneant omni studio intendimus, & ut ad præmissa fidelium nota facilius concurrat fideles ipsos spiritualibus muneribus libenter prosequimur, eorumque pia suffragia donis cœlestibus confovemus, ut ex inde Divinæ gratiæ aptiores reddantur, ac in eis Charitatis devotio in dies per amplius augeatur, ac personarum ad id mancipatarum, ne perversorum malignitate oprimentur indemnitatibus, prout expedire cognoscimus, favorabiliter providemus. Sanè Charissimus in Christo filius noster Carolus Romanis, & Hispaniarum Rex Catholicus in Imperatorem electus. Nobis nuper exposuit, quod piè ductus provide considerans ipsum, ac eius, necnon Charissimæ in Christo filiæ Elisabeth Hispaniarum Reginæ Catholicæ consortis suæ Curiam, & Consilium de loco ad locum sæpius transferri, & ferè continuo motu existere, ac plures ex ipsis Curialibus, & cum sequentis exercitus, in infirmitates incidere, ac cupiens infirmos ipsos sollicitè, & cum debita pietate procurari, & tractari, unam confraternitatem, & Infirmary, seu unum Hospitalale Charitatis, & pietatis nuncupatum, etiam, ad similitudinem Hospitalis, seu Confraternitatis Charitatis per foelicis recordationis Leonem Papam Decimum prædecessorem nostrum ad pias nostri, qui tunc in minoribus constituti Cardinalatus fugebamur honore, preces in urbe institutæ cuius sancta institutio, & laudabilia statuta etiam ad hoc etiam Sanctum, & Missarum opus piè factum moverunt, excitarunt, & induxerunt pro curialibus, & alijs exercitus eum sequentis, quos in infirmitate pro tempore detineri contingerit, confovendis, & curandis, ac in eo unam laudabilem Curialium, & aliorum Confraternitatem instituit, & ordinavit, necnon dilectum filium Alvarum Carrillo de Albornoz, Archidiaconum de Olmedo in Ecclesia Abulensi Administratorem ipsius Hospitalis deputavit, ac nonnullos in Confratres Confraternitatis huiusmodi recipere intendat; quare dictus Carolus in Imperatorem electus nobis humiliter supplicavit, ut institutioni, & ordinationi huiusmodi quæ nudis verbis processerunt pro illorum subsistentia firmiori robur nostræ approbationis adijcere, ac alias in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui pia Charitatis opera libenter procuramus volentes dictorum infirmorum opportunè subventioni consulere huiusmodi supplicationibus inclinati institutionem, & ordinationem huiusmodi supplicationibus inclinati Hospitalis, & Confraternitatis huiusmodi, ac inde secuta quæcumque auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus suppletes omnes, & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsam intervenerit in eisdem, ac pro poriori cautela Hospitalale, & Confraternitatem huiusmodi, quam deinceps ingredientibus in eorum ingressu id quod per dictum Alvarum, & pro tempore existentem ipsius Hospitalis Administratorem ordinatum fuerit pro dicto Hospitali:olvere debeant, & teneantur auctoritate, & tenore prædictis de novo erigimus, & instituimus, ipsique Hospitali bona mobilia pro tempore in

Curia, & exercitu prædictis decedentium ab in testato, si absque heredibus in totum, si verò relictis hæredibus decedant pro quinta parte, eisdem auctoritate, & tenore perpetuo applicamus, & appropriamus, necnon dicto Alvaro, qui quoad vixerit solus, ac pro tempore existenti dicti Hospitalis Administratori, qui persona Ecclesiastica esse, & post dicti Alvari obitum per præfatum Carolum in Imperatorem electum, & pro tempore Regem Hispaniæ eligi debeat pro conservatione, & directione Hospitalis, & Confraternitatis, necnon pia subventionem infirmorum prædictorum, quæcumque statuta, & ordinationes licita, & honesta, ac Sacris Canonibus non contraria condendi, & prout temporum qualitas exegerit, & expediens visum fuerit, reformandi, & immutandi, ac alia similiter licita, & honesta de novo faciendi, quæ postquam condita, innovata, reformata, & de novo facta fuerint, eo ipso Apostolica auctoritate confirmata sint, & esse censeantur, necnon eidem Alvaro ubicumque eum residere contingerit, & pro tempore existenti Administratori in dicti Regis Curia residenti per se, vel alium, seu alios in Regis, & Reginæ, ac Consilij Curij etiam quoties eas in diversis locis esse contingerit deputandos, ac easdem Curias sequentes, quoad hoc eisdem prædictis, & infra scriptis Privilegijs, & gratijs uti velimus unum, vel plura ipsius Infirmaryæ loca de quibus sibi decentius videbitur, etiam singulares Domos pro aliquibus singularibus eligendi, & deputandi, ac cuiuscumque Monasterij cum suis ordinis, seu Domus, vel loci Prælatos, & personas ad dictos infirmos recipiendi etiam sub maioris excommunicationis, & alijs sententijs, censuris, & pœnis Ecclesiasticis cogendi, & compellendi, necnon Capellanos, & Confessores idoneos pro Missis, & alijs Divinis Officijs, infirmis præfatis celebrandis, ac Ecclesiasticis Sacramentis eis administrandis ad eorum nutum amobiles, qui infirmos, & confratres ipsos in singulis casibus in quibus minores Pœnitentiarij nostri in Basilica Principis Apostolorum de vrbe, etiam anno Iubilei absolvere possint ipsorum Confessionibus diligenter auditis absolvere valeant deputandi plenam, & liberam facultatem concedimus, & nihilominus Hospitali, & Confraternitati prædictis, illorumque Administratori, & Confratribus, tam præsentibus, quàm absentibus Cappellanis, Ministris, servitoribus, pro tempore existentibus, ac infirmis in ipso Hospitali pro tempore degentibus, & decedentibus omnia, & singula privilegia immunitates, exemptiones, libertates, facultates, Indulgentias, & remissiones peccatorum, favores, gratias, concessiones, & inducta supradictæ Confraternitati Charitatis de vrbe, ac illorum Prioribus, Guardianis, Confratribus Cappellanis, Ministris, servitoribus, & infirmis in illius Hospitali, & pro tempore degentibus, & decedentibus per Sedem Apostolicam, & forsam per Nos sub quibuscumque tenoribus, & formis concessa, & concedenda, necnon quæ in posterum concedi contingerit, ita ut illis omnibus etiam perinde, ac si eis specialiter concessa forent uti, potiri, gaudere, ac illa eis suffragari libere, & licite valeant pariformiter, & equi principaliter absque vlla prorsus differentia, ipsique Administratorij Confratribus, Cappellanis, Ministris, servitoribus, & infirmis Hospitalis infirmorum, & Confraternitatis huiusmodi, pro tempore existentibus, qui quadragesimalibus, & alijs anni diebus, & temporibus stationum Ecclesiarum dictæ vrbis, & extramuros eius Cappellani ipsius Hospitalis infirmorum per dictum Administratorem ubicumque eum morari contingerit toties, quoties sibi placuerit eligendam, & destinandam devotè visitaverint, & manus adintrices porrexerint omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones Christi fidelibus Ecclesias vrbis, & extra eam pro stationibus deputatas, visitantibus concessas, & quas consequerentur si Ecclesias ipsas eisdem diebus personaliter visitarent necnon ut liceat eis habere Altare portatile super quo ad hoc congruis, & honestis celebrari possint etiam antequam elucescat dies circa tamen diurnam lucem, & cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit, ita tamen quod id sibi, vel Sacerdoti sic celebrandi ad culpam nequead imputari, & si ad loca Ecclesiastico interdicto supposita eos declinare contingerit in illis clausis ianuis excommunicatis, & interdictis prorsus exclusis non pulsatis campanis, & sub missa voce in sua, & familiarum suorum præsentia. Dummodo ipsi, vel alij causam non dederint interdicto, nec quid eis contingerit specialiter interdictum per dictos Cappellanos, sive alios Presbyteros idoneos celebrare facere, & ab eis Ecclesiastica Sacramenta, etiam in Paschare recipere, & ipsorum pro tempore existentium corpora in loco Infirmaryæ pro tempore deputato, vel deputando ad ipso Administratore etiam cum funerali pompa sepelire posse, necnon alijs Christi fidelibus de dicta Confraternitate non existentibus, nec in dicto Hospitali decedentibus, qui in mortis articulo de bonis suis eisdem Confraternitati aliquam eleemosinam iusta eorum statum, conditionem, & devotionem erogaverint, ut eisdem concessionibus, Indulgentijs, & peccatorum remissionibus, quibus potiuntur, & gaudent in dicto Hospitali pro tempore decedentes, necnon si contingerit in translatione dictæ Curie aliquos infirmos in loco per dictum Administratorem deputato remanere, & ipsos convalescere, vel decedere tali loco, & infirmis, remanentibus, ut similiter singulis gratijs, concessionibus, Indulgentijs remissionibus Infirmaryæ, & Hospitali huiusmodi concessis prædictis utantur, potiuntur, & gaudeant, ac uti, potiri, & gaudere possint, necnon Administratori, & Cappellanis prædictis, ut quandiu Hospitali, & Confraternitate inservierint omnes, & singulos fructus, redditus, & proventus omnium, & singulorum beneficiorum Ecclesiasticorum cum Cura, & sine Cura Sæcularia, & Regularia, etiam ex statuto, vel fundatione, seu alias personalem residentiam requirentium per eos in quibusvis Ecclesijs Cathedralibus, etiam Metropolitanis, sive locis pro tempore obtentorum etiam si Canoniciatus, & Præbendæ, aut Dignitates, personatus, Administrationes, vel officia in Cathedralibus, etiam Metropolitanis,

nis, vel Collegiatis, & Dignitates ipsæ in Cathedralibus etiam Metropolitanis post Pontificales maiores, seu Collegiatis Ecclesijs huiusmodi fuerint, & ad Dignitates personatus, Administrationes, vel officia huiusmodi consueverint, qui per electionem assumi eis, qui Curia immineat animarum cum ea integritate, etiam quoad dictum Administratorem, & cum omnibus quotidianis distributionibus cum qua illos perciperent, si in eisdem Ecclesijs, sive locis Administrator, & Cappellani personaliter residerent, ipseque Administrator omnibus, & singulis horis, ac officijs etiam Missis quibuscumque personaliter interesset etiam si primam inibi approbationem, vel alias personalem non fuerint residentiam consuetam, & ad residendum in eisdem minimè teneantur, nec ad id à quoquam inviti compelli possint auctoritate, & tenore prædictis perpetuo concedimus, & indulgemus. Et insuper Administratorem, & Cappellanos, Ministros, & servitores, & infirmos præfatos in infirmitate existentes, ac illorum bona quæcumque pro dicto tempore existentia ab omni iurisdictione visitatione, correctione, superioritate, & dominio quorumcumque ordinariorum locorum, & Episcoporum officialium, Vicariorum, aliorumque Iudicum quocumque nomine nuncupatorum dicta auctoritate Apostolica eisdem auctoritate, & tenore præsentium penitus, & omnino eximimus, & liberamus, ac sub nostra, & sedis prædictæ protectione suscipimus, ita quod ordinarij officiales, Vicarij, & Iudices præfati etiam ratione delicti, vel contractus, aut rei de qua agatur ubicumque committatur delictum iniatur contractus, aut res ipsa consistat in Hospitale, & Administratorem, Cappellanos, Ministros, servitores, infirmos, & bona huiusmodi nullam iurisdictionem exerceant, seu aliquas sententias censuras, seu pœnas promulgari non possint, aut debeant, sed teneantur, ipse Administrator Coram dicta Sede, & legatis eiusdem, ac Cappellani, Ministri, servitores, & infirmi coram dicto Administratore dumtaxat de Iustitia respondere decernentes processus, & sententias quos, & quas contra huiusmodi exceptionem per ordinarios, Officiales, Vicarios, & Iudices præfatos habere, & promulgari, ac quicquid secus contigerit attentare irrita, & inania nulliusque fore roboris, vel momenti, & insuper univrsis, & singulis Venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs Abbatibus, & alijs personis, qui Dignitate Ecclesiastica constitutis, etiam Metropolitanis, & aliarum Cathedralium Ecclesiarum Canonicis, necnon eorundem Archiepiscoporum, & Episcoporum Officialibus, ac Vicarijs in spiritualibus generalibus ubilibet constitutis per Apostolica scripta mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut unus coram per se, vel alium, seu alios præfatos litteras, ac omnia, & singula in eis contenta ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte ipsorum Administratoris Cappellanos, servitorum, & infirmorum pro tempore existentium fuerint super hoc requisiti solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant erectionem, concessionem, indultum, exemptionem, susceptionem, & decretum, ab alia præmissa firmiter observari, necnon Administratori, & Cappellanis prædictis fructus, redditus, & proventus præfatos iuxta dictæ concessionis nostræ tenorem integrè ministrari. Nos permittentes eisdem Administratorem, Cappellanos, Ministros, servitores, & infirmos contra præsentium tenorem super fructibus, redditibus, proventibus, & iuribus, & quibusvis alijs bonis mobilibus, & immobilibus, spiritualibus, & temporalibus ad Hospitale, necnon Administratorem, Cappellanos, Ministros, servitores, & infirmos præfatos spectantibus à quibusvis personis, etiam locorum ordinarijs, & dilectis filijs dictarum Ecclesiarum Capitulis molestari, vel eis gravamine, & iniurias erogari, aut ipsos Administratorem, & Cappellanos, ad residentiam in eisdem Ecclesijs, sive locis compelli facturi eisdem Administratori, Cappellanis, Ministris, servitoribus, & infirmis pro tempore existentibus, cum ab eis, vel Procuratoribus suis, aut eorum aliquo fuerint requisiti de prædictis, & alijs personis quibuslibet super restitutionem huiusmodi fructuum, reddituum, proventuum, iurium, & aliorum bonorum prædictorum, necnon de quibuslibet alijs, molestijs, iniurijs, atque damnis in illis videlicet que Iudicalem requirunt indaginem, summarie, & de plano sine strepitu, & figura Iudicij in alijs verò prout qualitas eorum exegerit Iustitiæ complementum occupatores, detentores, præsumptores, iniuriatores, necnon contradictores, quoslibet, & rebelles cuiuscumque Dignitatis, gradus, ordinis, vel Conditionis existant quandocumque, & quotiescumque expedierit auctoritate nostra per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc auxilio brachij secularis; & nihilominus legitimis super his habendis servatis processibus censuras, & pœnas ipsas etiam pro tempore latas iteratis vicibus aggravare procurent, cæterum si per summariam informationem per ipsos Conservatores, & Iudices super his habendum eis constiterit ad loca in quibus occupatores, & detentores, præsumptores, molestatores, & iniuriatores huiusmodi, ac alios quos præfatos litteræ concernunt pro tempore morari contingat, pro monitionibus ipsis, & citationibus de eis faciendis tutus non pateat accessus. Nos eisdem Conservatoribus, & Iudicibus citationes, & monitiones quaslibet per adicta publica locis affigenda publicis, & partibus illis vicinis de quibus sit verisimilis coniectura, quod ad noticiam citatorum, & monitorum huiusmodi pervenire valeant faciendi plenam, & liberam concedimus tenore præsentium facultatem, ac volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod monitiones, & citationes huiusmodi sic factæ per inde ipsos citatos, & monitos areant, ac si eis personaliter intimatæ, & insinuatæ extitissent non obitante felicitis recordationis Innocentij Quinti circa exemptos edita, quæ incipit volentes, & Bonifacij Octavi Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum per quam concessionem de fructibus in absentia percipiendis, sive præ-

præfinitione temporis fieri prohibantur, necnon quibus cavetur, ne quis extra suam Civitatem, vel Diocesim, nisi incertis exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam à fine suæ Diœcesis ad iudicium evocetur, seu ne Iudices à Sede præfata deputati extra Civitatem, vel Diocesim in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere, aut alij, vel alij vices suas committere præsumant, & de duabus dietis in Concilio Generali editas dummodo ultra tres dietas aliquas auctoritate præsentium non trahatur, sed quod de alijs, quam de manifestis iniurijs, & violentijs, ac alijs, quæ iudicalem requirunt indaginem pœnis in eos si secus egerint, & in Procuratores adiectis, Conservatores se nullatenus intromittant, quam alijs quibuscumque constitutionibus à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, & tam de Iudicibus delegatis, Conservatoribus, quam personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut alijs editisque vestræ possent in ea parte iurisdictioni, aut potestati quomodolibet obviare, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Concilijs æditis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, ac Ecclesiarum in quibus beneficia huiusmodi forsam fuerint, iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, etiam si de eis observandis, & non impetrandis litteris Apostolicis contra ea, & litteris ipsis etiam ab alio, vel alijs impetratis non utendo eisdem Administratorem, Cappellanos, Ministros, servitores per se, vel Procuratores suos præstare contigerit iuramentum privilegijs quoque, & indultis Apostolicis quibusvis personis, & locis, etiam si de non trahendis illis, aut eorum subditis extra ipsorum loca, & dominia, aut coram alijsque eorum iudicibus, & alias sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis clausulis, & Decretis per nos, & Sedem prædictam quomodolibet concessis, quibus omnibus tenores illorum, ac si de verbo ad verbum nihil pœnitens omisso inserti forent præsentibus pro sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permanens, quodque Canonicis, Officialis, & Vicarij prædicti de personisque deputari non possint Conservatores non sint contrarijs quibuscumque, aut si ordinarijs, & alijs præfatis, vel quibusvis alijs communiter, vel divisim ab eadem sit Sede Indultum, vel imposterum indulgeri contingat, quod Canonicos Rectores, & personas Ecclesiarum, seu locorum suarum Civitatum, & Diœcesim etiam in dignitatibus præsentibus, Administrationibus, vel officijs constitutas per subtractionem proventum Beneficiorum suorum Ecclesiasticorum, aut alias compellere valeant ad residendum personaliter in eisdem ad quod Canonicos, Rectores, & personas Ecclesiarum, seu locorum eorundem etiam in dignitatibus, personatibus, Administrationibus, vel officijs constitutis, & illorum non residentibus, vel qui in eis primam non fuerint residentiam personalem consuetam fructus, redditus, & proventus beneficiorum Ecclesiasticorum in absentia sua ministrare minimè teneantur, & ad id compelli, aut quod interdicti, suspendi, vel excommunicari, seu extra ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, vel eorum personis, litteris, locis, ordinibus, & nominibus proprijs mentionem, aut quibuslibet alijs privilegijs, indulgentijs, & litteris Apostolicis, & generalibus Conservatoribus quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum, & dictorum Conservatorum explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis: Ceterum volumus, & præfata Apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet ipsorum Conservatorum, & Iudicum prosequi valeant articulum etiam, per alium inchoatum quamvis idem inchoatis nullo fuerit impedimento Canonico præpeditus. Quodque à data præsentium sit eis, & unicuique eorum in præmissis omnibus, & eorum singulis perpetuata potestas, & iurisdicção attributa, ut eo vigore, eaque firmitate possint in præmissis omnibus procedere, ac si illa omnia coram eis cepta fuissent, & iurisdicção eorum, & cuiuslibet ipsorum in prædictis omnibus, & singulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitimè existisset Constitutione prædicta super Conservatoribus, ac alia qualibet in contrarium edita non obstante. Volumus autem, quod beneficia prædicta delitis propterea non fraudentur obsequijs, & animarum Cura in eis, si qua illis immineat nullatenus negligatur, sed per bonos, & sufficientes Vicarios quibus de beneficiorum eorundem necessaria congrua ministrentur diligentè exerceatur, & deserviant inibi laudabiliter in divinis, ac idem Administrator Confratres, Ministri, servitores, & infirmi prædicti indulto celebrandi, seu celebrari faciendi ante diem paræ utantur, quia cum in Altaris ministerio immolatur Dominus inter Iesus Dei filius, qui candor est lucis æternæ congruit hoc non nostris tenebris fieri, sed in luce, verum quia difficile foret præsentibus litteras ad singula loca in quibus expediens foret præsentibus litteras ad singula loca in quibus expediens foret deferre, etiam volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod illarum trasumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, suppletionis, erectionis, institutionis, applicationis, appropriationis, concessione, indulti, exemptionis, liberationis, susceptionis, decreti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem omnipotentis Dei, ad Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Bononiæ anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo nono, quinto Kalendas Februarij, Pontificatus nostri anno septimo R. de Avila. Registrata in Camera Apostolica Verisus, Pius

Pius Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam; &c. super gregem Dominicum vigilantia nostra divinitus creditum, prout Nobis ex alto conceditur intenti, speculatoris officium exercentes circa Hospitalium, aliorumque piorum locorum, Principum præsertim Catholicorum auspicijs institutorum subventionem, & incrementum libenter attendimus, & ea quæ pro illorum promotione per Rom. PP. prædecessores nostros providè facta, & ordinata fuerunt, ut maiori firmitatis robore subsistant, aut foritatis nostræ præsidio stabilimus, ipsos quoque Christi fideles ad opportuna præfatis Hospitalibus auxilia ministranda spiritualibus, muneribus indulgentijs videlicet, & peccatorum remissionibus, ut inde ab omnibus desiderata salutis æterna præmia facilius valeant promereri frequentè invitamus, ac alias in his providemus, prout exigentia temporum rerumque pensata conspiciamus in domino salubriter expediri. Sanè dudum fœlicis recordationis Clementis Pontifici Septimi prædecessori nostro, pro parte claræ memoriæ Caroli Romanorum, & Hispaniarum Regis in Imperatorem electi exposito, quod alias ipse piè ductus providè considerans sese ac eius, necnon similis memoriæ Elisabeth Hispaniarum Regina Consortis suæ, Curiam, & Consilium de loco ad locum sæpius transferri, & ferè in continuo motu existere, ac plures ex suis Curialibus, & eum sequentis exercitus personis in infirmitates incidere, ac cupiens infirmos ipsos sollicitè, & cum debita pietate procurari, & tractari, vnam Confraternitatem, & Infirmaryam, seu vnum Hospitale Charitatis, & pietatis nuncupatum, etiam ad similitudinem Hospitali, seu Confraternitati Charitatis per piæ memoriæ Leonem Papam Decimum, etiam prædecessorem nostrum in Alma Urbe institutæ pro Curialibus, & alijs exercitus eum sequentis personis exercitus in infirmitates incidere, ac cupiens infirmos ipsos sollicitè, & cum debita pietate procurari, & tractari vnam Confraternitatem, & Infirmaryam, seu vnum Hospitale Charitatis, & pietatis nuncupatum etiam ad similitudinem Hospitalis, seu Confraternitatis Charitatis per piæ memoriæ Leonem Papam Decimum, etiam prædecessorem nostrum in Alma Urbe institutæ pro Curialibus, & alijs exercitus eum sequentis personis, quos infirmitate pro tempore detineri contingerit, conservendis, & curandis, ac in eo vnam laudabilem Curiam, & aliorum Confraternitatem instituerat, & ordinaverat certam personam in Dignitate Ecclesiastica constitutam in eiusdem Hospitalis Administrationem deputando præfatus prædecessor eiusdem Caroli Regis in ea parte supplicationibus inclinatus institutionem, & ordinationem Hospitalis, & Confraternitatis huiusmodi, ac inde secuta, quicumque auctoritate Apostolica approbavit, & confirmavit, supplens omnes, & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsam intervenerant in eisdem, ac pro potiori cauthela Hospitalem, & Confraternitatem huiusmodi quam in antea ingredientes in eorum ingressu, in quod per pro tempore existentem ipsius Hospitalis Administratorem ordinatum fore pro dicto Hospitali: solvere tenerentur de novo erexit, & instituit, ipsique Hospitali bona mobilia pro tempore in Curia, & exercitu prædictis decedentium ab intestato, si absque hæredibus in totum, si verò relictis hæredibus decederent pro quinta parte perpetuo applicavit, & appropriavit, necnon dicto pro tempore existenti Hospitalis Administratori, qui persona Ecclesiastica esse, & per præfatum Carolum, & pro tempore existentem Regem Hispaniarum eligi deberet pro conservatione, & directione Hospitalis, & Confraternitatis, necnon pia subventionem infirmorum prædecessorum quæcumque statuta, & ordinationes licita, & honesta, ac Sacris Canonibus non contraria condendi, & illa prout temporum qualitas exigeret, & expediens visum fuerit, reformandi, & immutandi, ac alia similiter licita, & honesta de novo faciendi, & immutandi quæ postquam condita, innovata, reformata, & de novo facta forent, eo ipso Apostolica auctoritate confirmata essent, & esse censerentur, necnon idem pro tempore existenti Administratori in dicti Regis Curia residenti per se, vel alium, seu alios in Regis, & Regina, ac Consilij Curijs etiam quoties eas in diversis locis esse contingeret deputandos, aut easdem Curias sequentes, quos quoad id eisdem prædictis, & infra scriptis privilegijs, & gratijs uti voluit, vnum, vel plura ipsius infirmaryæ loca de quibus sibi decentius videretur, etiam singulares domos pro aliquibus singularibus eligendi, & deputandi, ac cuiuscumque Monasterij cuiusvis ordinis, seu domus, vel loci Prælatos, & personas ad dictos infirmos recipiendos etiam sub maioris excommunicationis, & alijs sententijs, censuris, & pœnis Ecclesiasticis cogendi, & compellendi, necnon Cappellanos, & Confessores idoneos pro Missis, & alijs Divinis Officijs, apud infirmos præfatos celebrandis, ac Ecclesiasticis Sacramentis eis ministrandis ad eorum nutum amovibiles, qui infirmos, & confratres ipsos in singulis casibus in quibus minores pœnitentiarij in Basilica Principis Apostolorum de vrbe, etiam anno Iubilei absolvere poterant ipsorum Confessionibus diligentè auditis, absolvere valerent deputandi plenam, & liberam facultatem concessis, & nihilominus Hospitali, & Confraternitati prædictis, illorumque Administratori, & Confratribus, tam præsentibus, quàm absentibus Cappellanis, Ministris, servitoribus pro tempore existentibus, ac infirmis in ipso Hospitali pro tempore degentibus, & decentibus omnia, & singula privilegia immunitates, exemptiones, libertates, facultates, Indulgentias peccatorum remissiones, favores, gratias, concessiones, & indulta suprascriptæ Confraternitati Charitatis de vrbe, ac illius Prioribus, Guardianis, Confratribus, Cappellanis, Ministris, servitoribus, & infirmis in illius Hospitali pro tempore degentibus, & decedentibus per Sedem Apostolicam sub quibuscumque tenoribus, & formis concessa, & concedenda, necnon quæ in posterum concedi contingerit, ita ut illis omnibus etiam perinde, ac si eis specialiter concessa forent, uti, potiri, gaudere, ac illa eis

*Otra Bu
la de Pio
IV. de
1562.
para el
Real Hof-
pital de la
Corte.*

specialiter concessa forent, ac illa eis suffragari liberè, & licitè valerent pariformitèr, & æquè principalitèr absque vlla prorsus differentia, ipsisque Administratori, & Confratribus, Cappellanis, Ministris, servitoribus, & infirmis Hospitalis infirmorum, & Confraternitatis huiusmodi, pro tempore præsens, qui quadragesimalibus, & alijs anni diebus, & temporibus stationum Ecclesiarum dictæ urbis, & extramuros eius Cappellam ipsius Hospitalis infirmorum per dictum Administratorem ubicumque eum morari contingeret toties, quoties, sibi placeret, eligendam, & destinandam devotè visitarent, & ad præmissa manus adiutrices porrigerent omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissionis Christianis fidelibus Ecclesijs urbis, & extra eam pro stationibus deputatas visitantibus concessas, & quas consequeretur, si Ecclesias ipsas eisdem diebus personalitèr visitarent, necnon ut liceret eis habere Altare portatile super quo in locis ad hoc congruentibus, & honestis, etiam antequam elucescat dies circa tamen diurnam lucem, & cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exigeret, ita tamen quod id sibi, vel Sacerdoti talitèr celebranti ad culpam imputari non posset, & si ad loca Ecclesiastico interdicto supposita eos declinare contingeret in illis clausis ianuis excommunicatis, & interdictis prorsus exclusis non pulsatis, campanis, & sub missa voce in sua, & familiarum suorum præsens dummodo ipsi, vel alij causam non dedissent huiusmodi interdicto, nec id eis Presbiteros idoneos celebrari facere, & ab eis Ecclesiastica Sacramenta, etiam in Paschate recipere, & ipsorum pro tempore decedentium corpora in loco infirmariæ pro tempore deputato, vel deputando ab ipso Administratore, etiam cum funerali pompa sepeliri posse, necnon alijs Christianis fidelibus de dicta Confraternitate non existentibus, neque in dicto Hospitali decedentibus, qui in mortis articulo de bonis suis eidem Confraternitati aliquam eleemosynam iuxta eorum statum, conditionem, & devotionem erogarentur, ut eiusdem concessionibus, indulgentijs, & peccatorum remissionibus, quibus in dicto Hospitali pro tempore decedentes patiebantur, & gaudebant, necnon si contingeret in translatione dictæ Curie aliquos infirmos per dictum Administratorem deputatos remanere, & ipsos convalescere, vel in tali loco decedere eisdem infirmis remanentibus, ut similiter singulis gratijs, concessionibus, Indulgentijs, & remissionibus, infirmariæ, & Hospitali huiusmodi concessis prædictis uterentur, potirentur, & gauderent, ac uti, potiri, & gaudere possent, necnon Administratori, & Cappellanis præfatis, ut quandiu eidem Hospitali, & Confraternitati inservirentur omnes, & singulos fructus, redditus, & proventus omnium, & singulorum beneficiorum Ecclesiasticorum cum Cura, & sine Cura Sæcularium, & Regularia, etiam ex statuto, vel fundatione, seu alias personalem residentiam requirentium per eos in quibusvis Ecclesijs Cathedralibus, etiam Metropolitanis, sive locis pro tempore obtentorum, etiam si Canonici, & Præbendæ, aut Dignitatis, personatus, Administrationes, vel officia ipsæque Dignitates in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, post Pontificales maiores, seu Collegiatis Ecclesijs huiusmodi principales forent, & ad Dignitates personatus, Administrationes, vel officia huiusmodi consuevisent, qui per electionem assumi eisque Cura immineret animarum cum ea integritate, etiam quoad dictum Administratorem cum omnibus quotidianis distributionibus cum qua illos perciperent, si in eisdem Ecclesijs, sive locis Administrator videlicet omnibus, & singulis horis, ac officijs etiam Missis quibuscumque personalitèr iniret, etiam si primam inibi probationem, vel alias personalem non fuissent residentiam consuetam, & interim ad recedendum in eis minimè tenerentur, neque ad id à quoquam inviti compelli possent perpetuò concessit, & indultit, & insuper Administratorem, & Cappellanos, Ministros, & servitores in infirmitate existentes, & infirmos præfatos, ac illorum bona quæcumque pro dicto tempore existentia ab omni iurisdictione, visitatione, correctione, superioritate, & dominio quorumcumque ordinariorum locorum, & ipsorum officialium, Vicariorum, aliorumque Iudicum quocumque nomine nuncupatorum dicta auctoritate Apostolica poenitus, & omnino exemit, & liberavit, ac sub sua, & Sedis præfate protectione suscepit. Ità quod ordinarij Officiales, Vicarij, & Iudices præfati etiam ratione delicti, vel contractus, aut rei de qua ageretur, ubicumque committerentur delicta iniretur contractus, aut res ipsa consisteret in Hospitali, & Administratorem, Cappellanos, Ministros, servitores, Ministros, infirmos, & bona huiusmodi nullam iurisdictionem exercere, nec aliquas sententias censuras, seu poenas promulgari possent, aut deberent, sed tenerentur ipso Administrator coram dicta Sede, & legatis eiusdem, ac Cappellani, Ministri, servitores, & infirmi coram dicto Administratore dumtaxat de Iustitia respondere decernens processus, & sententias, quos, & quas contra huiusmodi exceptionem per ordinarios, Officiales, Vicarios, & Iudices præfatos haberi, & promulgari, ac quidquid secus contingeret attentari irrita, & inania nulliusque fore roboris, vel momenti, mandans universis, & singulis Archiepiscopis, & Episcopis, ac Abbatibus, & alijs personis in Dignitate Ecclesiastica constitutis, etiam Metropolitanis, & aliarum Ecclesiarum Cathedralium Canonici, necnon eorundem Archiepiscoporum, & Episcoporum Officialibus, ac Vicarijs in spiritualibus generalibus ubilibet constitutis, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præmissa omnia, & singula ubi, & quando opus esset, & quoties pro parte ipsorum Administratoris, Cappellanos, servitorum, & infirmorum super hoc requisiti forent solemniter publicarent eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes facerent eadem omnia præmissa firmitèr observari, necnon Administratori, & Cappellanis prædictis fructus, redditus, & proventus præfatos iuxta dictæ Concessionis tenorem integrè mi-

nistrari non permittentes eosdem Administratorem; Cappellanos; Ministros; servitores; & infirmos super fructibus, redditibus, proventibus, iuribus, & quibuscumque alijs bonis mobilibus, & immobilibus, spiritualibus, & temporalibus ad Hospitale, necnon Administratorem, Cappellanos, Ministros, servitores, & infirmos præfatos spectantibus à quibuscumque personis, etiam locorum ordinarijs ipsarumque Ecclesiarum Cappellanis molestari, vel eis gravamina, vel iniurias erogari, aut ipsos Administratorem, & Cappellanos ad residentiam in eisdem Ecclesijs, sive locis compelli faciuri eidem Administratori, & Cappellanis, Ministris, servitoribus, & infirmis pro tempore existentibus, cum ab eis, vel Procuratoribus suis, aut eorum aliquo requisiti forent de prædictis, & alijs personis quibuscumque super restitutione fructuum, reddituum, & proventuum, iurium, & aliorum bonorum huiusmodi, necnon de quibuscumque alijs molestijs, iniurijs, atque damnis in illis videlicetque Iudicialem requirerent indaginem summarie sine strepitu, & figura Iudicij in alijs verò provt qualitas eorum exigeret Iustitiæ complementum occupatores, detentores, præsumptores, iniuriatores, necnon contradictores quoslibet, & rebelles cuiuscumque Dignitatis, gradus, ordinis, vel Conditionis essent quodcumque, & quotiescumque experiret per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad id auxilio brachij sæcularis; & nihilominus legitimis super his habendis servatis, processibus centuras, & pœnas ipsas pro tempore latas, etiam iteratis vicibus aggravarent, procurarent, ceterum si per summariam informationem per ipsos Conservatores, & Iudices super his habendam eis constaret quoad loca in quibus occupatores, detentores, præsumptores, molestatores, & initiatores huiusmodi pro tempore morari contineretur, pro monitionibus ipsis, & citationibus de eis favendis tutus non pateret accessus. Idem prædecessor eisdem Conservatoribus, & Iudicibus citationes, & monitiones quaslibet per edita publica locis effigenda publicis in partibus illis vicinis de quibus verisimilis esset coniectura, quod ad notitiam citatorum, & monitorum huiusmodi pervenire possent faciendi plenam, & liberam facultatem concessit, voluitque, & dicta auctoritate decrevit, quod monitiones, & citationes huiusmodi sic factæ per inde ipsos citatos, & monitos autarent, ac si eis personaliter intimatæ, & insinuatæ extitissent, & insuper voluit idem prædecessor, quod quilibet ipsorum Conservatorum, & Iudicum prosequi valeret articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuisset impedimento præpeditus, quodque ex tunc esset eis, & unicuique eorum in præmissis omnium, & eorum singulis perpetuata potestas, & iurisdicção attributa, ut eo vigere eaque firmitate possent in præmissis omnibus procedere, ac si illa omnia coram eis cepta fuissent, & iurisdicção eorum, & cuiuslibet ipsorum in prædictis omnibus, & singulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitimè extitisset constitutione super Conservatoribus, & qualibet alia in contrarium edita non obstante, quodque beneficia prædicta debitis propter ea non fraudarentur obsequijs, & animarum Cura in eis, si quod illis immineres nullatenus negligenter exerceretur, & deserviretur inibi laudabiliter in divinis, ac idem Administrator, Confratres, Ministri, servitores, & infirmi prædicto indulto celebrandi, seu celebrari faciendi ante diem paræ vterentur, quia eum in Altaris ministerio immolaretur Dominus noster Iesu Christus Dei filius, qui candor est lucis æternæ congruebat id non noctis tenebris fieri, sed in eo prout in eiusdem prædecessoris litteris desuper confectis plenius continetur. Nos igitur Hospitale præfatum ad quod eiusque Cappellani charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus singularem gerit, ut accepimus devotionis affectum non minoribus gratijs, & favoribus, quam ipse prædecessor sit prosecutus dicti Philippi Regis contemplatione prosequi volentes, ac litterarum prædictarum, & quarumcumque revocationum, suspensionum, & limitationum similium Indulgentiarum, & gratiarum per quoscumque prædecessores nostros, ac nos, & Sedem præfatam, hætenus quomodolibet factarum, & desuper confectarum litterarum tenore præsentibus, ac si de verbo ad verbum infererentur pro sufficienter expressis habentes, ac si opus sit eadem præmissa omnia, & singula adversus revocationes, suspensiones, & limitationes erant statum Apostolica auctoritate restituentes, reponentes, & plenarie, reintegrantes motu proprio, & ex certa scientia nostra, & de Apostolicæ potestatis plenitudine erectionem, institutionem, applicationem, appropriationem, concessionem, Indultum, exemptionem, suspensionem, deputationem, voluntatem, & decretum Clementis prædecessoris, ac alia præmissa, & prout illa concernunt omnia, & singula in eiusdem Clementis prædecessoris, & aliorum Romanorum Pontificum etiam prædecessorum nostrorum litteris contenta dicta auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac illis perpetuæ, & inviolabilis, & firmitatis robur adjicimus, & illa omnia, & singula innovamus, necnon eisdem modo, & forma quibus per ipsum Clementem, & alios Romanos Pontifices prædecessores nostros facta, & concessa fuerunt de novo perpetuo facinus, concedimus, ordinamus, & stabilimus, & insuper Hospitale Curie Regiæ eiusque Cappellani, & Confraternitatem huiusmodi cum iuribus, & pertinentijs suis universis membrum Hospitalis nostri Sancti Spiritus in Saxia de Urbe Ordinis Sancti Augustini, ita quod Hospitale Curie, & eius Cappella, & Confraternitas, necnon Administrator, Cappellani, servitores, infirmi, & aliæ personæ, ac etiam, tam præsentibus, quam futuri prædictæ Confraternitatis Confratres, qui in suis admisione, & ingressu taxam per Administratorem ipsum illis elemosinæ, & suffragij loco pro tempore indictam persolverit super quibus etiam, tam Administratori, quam ingredientibus confratribus indulgemus omnibus, & singulis privilegijs, prærogativis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, indulgentijs etiam plenarie.

